

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia baetica, mit Vorrede von Sebastian Brant

Verardus, Carolus

[Deventer], 22. April [nicht vor 1494]

Urra Iudis Romanis Innocentio [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293577)

aduersum me es perpetuo mala: Rex. Dic mihi consolandus est ne se
ateo maceret. Cardinalis. Bene factum. Rex. Nihil e Baudeli quod
tantopere fortunam lamenteris tuam. Baudelis. O salue rex inuictis
sime. Nuper tibi urbem cum omnibus meis fortunis tradidi. Nunc
me ipsum. coniungem. liberos. spēsque omnes meas. et si quid est mihi am
plius reliquū: absque vlla exceptione tēdo Illud dūtaxat per tuam istam
deyteram victoria et fide gloriosam te oro: vt cum de me. coniuge. liberis
que deliberare voles: non victoriam que natura insolens et superba est. sed
tuū mitissimū ingenium. tuam solitam humanitatem. mansuetudinem
clementiam. quas egomet dum tuus captiuus fui. expertus sum in cons
siliū adhibeas: fortunamque cui tātum de me licuit: reuereare. Rex.
Exurge ac bonum habe animum Sensisti hactenus quantum aduersus
suis hostes in bello valerem. qualis vero in pace sim. presertim aduersus
eos qui ad nostram fidem misericordiamque cōfugerunt: posthac sentis
es. erisque documēto ceteris: vt experiri malint: quid possim pdesse ami
cus que oleffe inimicus. Nos cum in castra comitamini: vbi curate vt
honorifice accipiatur Sed heus concede istorsum ad sinistram: ne is
Reginam ad nos vt video cum comitum suorum pompa aduentantē
vsquam remozetur.

¶ Regina. Rex fernandus.

Alue Rex. Omnia tibi ex sententia hodie obtigisse maximope
re gaudeo Rex. Credo. Quando quidem tu mearum omnium vo
luptatum: honoris et glorie particeps et socia es. Introeamus iam vr
bem: vt eius possessioe quod tot suspirijs. tot votis nos ac maiores nos
stri tandiu optauere tandem aliquādo perfruamur. Deoque nostro gra
tias agamus: qui tot curis: tot dispendijs: tot molestijs laboribus peri
culisque nostris: finem hodierna die imponere: fidemque suam sanctissi
mam per nos ministros suos amplificare et exaltare dignatus est. Re
gina. Istuc si grati esse volumus: vt certe volumus: iustissimū est Rex.
Eamus iam intro. Regina. In me nulla est mora. Vos valete et
plaudite:

¶ Acta Iudis Romanis Innocentio octa
uo i solio Petri sedēte. Anno a Natali Sal
uatoris. M. CCCC. xciij. Undecimo ka
lendas Maij.